



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

**Marca, Pierre de**

**Parisiis, 1669**

IV. Et ante ceteros, Irenæaus; qui Victorem monuit, ne Ecclesias Asiaticas recideret ab Ecclesiæ communionem, ob diversam consuetudinem. Acquieuit Victor Irenæo. Vnde refelluntur Novatorum argutiæ, ex ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15591**

que partem par omnino est auctoritas; et si religiosius tractanda sint quæ ritus sacros respiciunt, cum pietatem atque externum divini numinis cultum contingant. Sed, ut eleganter monuit D. Augustinus, de consuetudine dupliciter disputare possumus; vel ut est universalis Ecclesiæ traditio, vel ut est propria & particularis quarundam Ecclesiarum institutio. Univerſalis illa traditio; quæ per univerſam ſervabatur Eccleſiam, nec à Conciliis decreta erat, quin ab Apoſtoliſ profecta eſſet non dubitabat Auguſtinus. Sed traditionem illam miſſam facimus, quæ ad propoſitum noſtrum non pertinet.

I I. De particularibus provinciarum moribus eſt agendum: in quibus hæc regula tenenda eſt, ut ſi fidei non officiant, uſurpari poſſint prout à majoribus ſunt traditi; nec aliorum conſuetudo aliorum contrario more ſubverti debeat, ut docet Gratianus ex Auguſtino, Hieronymo, & aliis.

Quare Gregorius Magnus, divini & humani juris callentiſſimus Pontifex, inveteratas conſuetudines, quas in adminiſtranda Eccleſia ſequabantur, Africanis integras reliquit. Concilium Numidiæ à Pelagio Gregorij deceſſore petierat ut veſtiti mores, qui per Numidiam ab ipſius B. Petri temporibus invaluerant, inviolati ſervarentur. Gregorius poſt obitum Pelagij reſcripſit ſe omnia antiqua capitula illis permittere quæ fidei contraria non eſſent. Prudens ſanè reſponſum, quo pax Eccleſiarum continetur, & contentioniſ quæ de diſciplina ſæpiſſime emergunt, via penitus occluditur. *Peniſtis, inquit, per Hilarium Charularium noſtrum à beate memorie prædeceſſore noſtro, ut omnes vobis retro temporum conſuetudines ſervarentur, quas à B. Petri Apoſtolorum principis ordinationum initiis hæctenus vetuſtas longa ſervavit. Et nos quidem juxta ſeriem relationis veſtre, conſuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil uſurpare dignoſcitur, immotam permanere concedimus, ſive de Primitiſ conſtituendis, ſive de ceteris capituliſ. Eodem ſenſu reſcripſit ad Dominicum Carthagenenſem Epiſcopum: De eccleſiaſticis privilegiis quod veſtra fraternitas ſcribit, hoc poſtpoſita dubitatione teneat, quia ſicut noſtra defendimus, ita ſingulis quibuſque Eccleſiſ ſua jura ſervamus.*

III. Quidquid ab Africanis uſurpabatur, dummodo fidei regulam non violaret, Gregorius diſertè confirmat. Eadem regula uſus eſt Theophylaetus Bulgaricæ Archiepiſcopus in epiſtola ad Nicolaum Diaconum & Caſtriſium, qui ab eo petierant an Græcis liberum eſſet Eccleſiæ Occidentaliſ

communioneſ amplecti, ob diſcrimen quodin jejuniis, in ſacerdotum cœlibatu, in azyimis, & pleriſque aliis myſtica diſciplinæ articuliſ intercedebat. Reſponder graviter hiſ verbis inter cetera: *Non omniſ conſuetudo ad diſſociandas Eccleſiſ valet, ſed quæ dogmatiſ diſſerentiam inducit.* ubi alludit ad contentioneſ de proceſſione S. Spirituſ. Eadem fuit ſententia Leonis Papæ IX. qui circa annum milleſimum quinqueſimum Michaëlem Conſtantinopolitanum Epiſcopum & Leonem Acriſianum acriter objurat quòd Romanam Eccleſiam ob rituſ ſuos & azyimum panem in ſacrificiſ adhibituſ damnarent, & unumquemque cogèrent ad Græca inſtituta amplectenda, quamvis alio jure uterentur Romani, qui liberam in urbe Græcorum rituum obſervationem relinquebant, ne qua diſſidij occaſio inter Eccleſiſ oriretur. Hæc ſunt verba Leonis: *Vt enim fertur, omnes Latinorum Baſilicas penè clauſiſtis, monachiſ monaſteria & Abbatibuſ tuſiſtis, donec veſtriſ viſerent inſtitutiſ. Ecce in hac parte Romana Eccleſia quanto diſcretior, moderatior, & clementior vobis eſt. Siquidem cum intra & extra Romam pluriſima Græcorum reperiantur monaſteria, ſive Eccleſiæ, nullum eorum adhuc perturbatur vel prohibetur à paterna traditione, ſive ſua conſuetudine; quin potiùſ ſuadetur & admonetur eam obſervare. Nec enim animoſitateſ impie hereſeoſ habet, quæ ſemper diſſiſione gaudet, dicens per partidam meretricem: Nec mihi nec tibi ſit, ſed incidatur. Sed pietate vere matris ſic Salomonem deprecatur: Obſecro, Domine, date huic infantem vivum, & nolite interficere eum. Scit namque quia nihil obſunt ſaluti credentium diſverſe pro loco & tempore conſuetudineſ; quando una fideſ per dilectionem operatur bona quæ poteſt, uni Deo commendans omneſ. Aliquot anniſ ante Leonem Fulbertuſ Carnotenſiſ de variis obſervationibuſ Eccleſiarum Orientiſ & Occidentis, eadem regula uſuſ, judiciuſ tulit: *Sed nec parva nec rara ſunt, quæ ab aliis neceſſariò ſervanda, aliis non adeo curanda affirmantur. Nec tamen noſ offendit obſervantie diſverſitateſ, ubi fidei non ſcinditur unitateſ. Porro in multiſ Græcia ab Hiſpania, ab illiſ Romana & Gallicana diſcrepat Eccleſia. Sed neque in hoc ſcandalizamur, ſi audimur diſverſam obſervationem, ſed non diſverſam fidem in Chriſti ſemper Eccleſiſ exiſtiſſe. Stet enim Regina Eccleſiæ à dextris Regiſ ſui, in veſtitu deaurato, circumdata varietateſ.**

IV. Sanè varias jam olim invaluiſſe conſuetudineſ in Quadrageſimæ ceteriſque ſtatorum dierum jejuniis adnotavit Irenæuſ, eamque obſervationum diſcrepantiã nullum in Eccleſiam diſſi-

Theophyl. relatus à Demetrio Chomateno l. 1. loris Græco Rom. ed. p. 101. Theophyl. l. 1. c. 1. Michael. c. 1. Dicimus apoſtolicam & Latinam Eccleſiam nova preſumptione arguere incredibili audacia nec auditam nec conciliam palem damnariſſe, pro ea maxime quod de azyimis & panis commemoratione Dominice Paſſionis celebrare. Idem c. 29. Adde Porum Abbatem Cluniacensem l. 1. ep. 1. Sicut innumeratiliſ & diverſiſſime diſverſarum Eccleſiarum ad unam catholicam pertinentium conſuetudineſ i ut penè tanta ſit varietateſ uſum, quanta multiplicitateſ Eccleſiarum. Sed non dicitur aliquem diſverſa inſtituta, que & vera fidei ſerviſſe, & caritatis compagineſ non diſſolviſſe. P hæc verò aut fidei laeditur, aut caritatuſ unitateſ perturbatur, ſi ſcandaluſ ſit, damnaſibile eſt ſi publicè, & emanaſſe ſunt & hereticum.

Fulbertuſ ep. r. ad Einardum.

Iren. apud Eufeb. l. 1. c. 16. Græc. ed. ubi dicitur, quod multiſ in diſcrepantiis obſervationum unitateſ ſervantur.

Con. c. 4. d. 11. Aug. ep. 117.

Apud Grat. d. 11. c. 11.

Apud Grat. ad Cæſariuſ. In ſuo reſcripſit, in quibusdam articuliſ ſeriatim ſeripſit, ut ſi fidei non officiant, uſurpari poſſint prout à majoribus ſunt traditi; nec aliorum conſuetudo aliorum contrario more ſubverti debeat, ut docet Gratianuſ ex Auguſtino, Hieronymo, & aliis.

Præſ. Conſ. l. 1. c. 19. De ſer. & obſ. c. 1. De ſer. & obſ. c. 1. De ſer. & obſ. c. 1.

Hem. l. 1. ep. 19. apud Grat. 15. c. 1. De eccl. diſ. c. 1.

ἀποστολῆς, ἡ δὲ ἀποστολὴ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς ἐκκλησίας

1. Euseb. h. h. l. 10. c. 19. 2. ut in Romanis... 3. ut in Romanis... 4. ut in Romanis...

Sozom. l. 7. c. 19. 20. ut in Romanis... 21. ut in Romanis... 22. ut in Romanis...

Ex veteri Villi... in nomine apud Sozomenum...

dium intulisse, sed æquo animo pacem inter Sacerdotes retentam. Quo argumento, & aliquot Pontificum Romanorum exemplis adductis, persuasit Victori Papæ anno CXCVIII. ut pacem Polycrati ceterisque Asiaticis Episcopis restitueret; quos Ecclesiæ communionem privarat, quod à reliquis orbis Christiani Episcopis dissentientes, decimaquarta Luna, non autem die dominica, Pascha celebrarent. Censuit enim Irenæus, æquum non esse ut Victor tot Ecclesias à communi unitate recideret, ob morem antiquum cujus se retinentes præstabant. Exoratus Victor, ut præcipuè auctoritatis quæ in Romana sede viget specimen edidit, excommunicatione in Asianos lata universalis Ecclesiæ traditionem comprobata, quæ plurimè synodis nutu ejus indicibus constantissimè vindicando, ita quoque humanitatis remissionisque in toleranda consuetudine particulari singulare exemplum præbuit. In gratiam enim statim rediisse Polycratem & Asiaticos cum Victore, retento Ecclesiarum suarum usu, testatur Sozomenus: Decreto communi singuli, ut consueverant, festum agentes, à mutua communione non recesserunt. Frivolum enim & merito judicantur consuetudinis gratia à se mutuo separari eos qui in præcipuis religionis capitibus consentirent. Dissimulandum tamen non est, errorem irrepressibilem in textum Sozomeni in Polycratem nomine, cum lectio integra remanserit in nomine Victoris: Sapienissimè autem arbitror, inquit, soluisse subortam olim de eo controversiam Victorem tunc temporis Romæ Episcopum, & Polycarpum Smyrnensem. Legendum est, Polycratem, qui error proclivis est. Ex sola rei gestæ narratione non solum probatur assertio nostra de retinenda communione cum diversis ritibus, sed etiam Novatorum calumniæ refelluntur, qui Victoris excommunicationem à ceteris Ecclesiis præteritam, & Ecclesiarum Asiaticarum consortium ab omnibus retentum prædicant; adeo ut quæ adversus illos directæ erant machina, in nostros contorqueant; nec vano quidem ictu, nisi exceptione à nobis proposita repellantur. Probat enim (quod facillimum est) non rejectos Asiaticos à communione Orientalium post Victoris censuram; hoc de dignitate sedis apostolicæ nihil demit, cum ad Irenæi suggestionem pacem redditam à Victore docuerimus. Ex Eusebio enim & Socrate constat de excommunicatione à Victore inflicta, & de Irenæi epistola. Ex Sozomeno autem, de communione Victoris & Polycratis non interrupta. Quod aliter contingere non potuit, nisi suspensio à Victore excommunica-

tionis effectu, post monita Irenæi. Ceterum Sozomenus & Socrates varios Ecclesiarum ritus observant qui earum concordia non officiebant. Qui in eadem fide sentiunt, inquit Socrates, iidem in ritibus & ceremoniis inter ipsos discrepant.

V. Ex antiquissima & recentiore Ecclesiæ praxi demonstratum est varios ritus in sacrorum administratione externique cultus disciplina non interrupisse mutuum Episcoporum consortium, toleratâque à Romanis Pontificibus in aliis provinciis consuetudines quæ fidem non violarent. Unde colligere licet, eadem benignitate ufuros quoque Summos Pontifices in altero disciplina capite, quod personas vel res ecclesiasticas, non autem ritus ipsos respicit. Hac indulgentia Africanis consuluit Gregorius, quibus veteres consuetudines intactas præstitit, quæ fidei non adversarentur. Idem ejus consilium fuit de Gallicanæ Ecclesiæ consuetudinibus, ut patet ex epistola ad Augustinum Anglorum Episcopum: Mibi placet, inquit, ut sive in Romana, sive in Gallicana, sive in qualibet Ecclesia inveniatis quod plus omnipotenti Deo placere possit, sollicitè eligatis. Alexander III. decessorum vestigiis hærens, in re gravissima, id est, in matrimonij nullitate, Ecclesiæ Gallicanæ consuetudinem, licet Romanæ contrariam, tolerandam esse rescriptit: Licet Ecclesia Romana, propter maleficia, legitimè conjunctos dividere non consueverit, si tamen consuetudo generalis Ecclesiæ Gallicanæ habet ut hujusmodi matrimonium dissolvatur, nos patienter tolerabimus.

VI. Quæ disputata sunt docent remissionis usum à majoribus nostris adhibitum in tolerandis consuetudinibus quæ fidei non officerent. Sed novo jure Decretalium addita est altera exceptio, nempe ut inutiles habeantur omnes consuetudines quæ aliquo pacto libertatem & immunitatem ecclesiasticam violant, id est, quæ Principibus laicis potestatem quandam in res aut personas ecclesiasticas indulgent. Quia cum rerum spiritualium tractandarum sunt incapaces, ratione destituta censetur consuetudo quæ rerum conditionem evertit, ideòque nullo tempore, etiam immemoriali, vires obtinere potest, ut docent plerique Iuris Canonici interpretes.

Hac difficultate se quidam expediunt, adhibita distinctione; ita ut immunitas omnino & in universum abrogari non possit, vel adeo restringi, ut maxima ordini ecclesiastico fiat injuria, sed in quibusdam articulis ei derogari possit, consuetudine quadam mixta quæ ex Clericorum &

Socrates lib. 1. c. 11. Ceterum...

Gregor. in ep. ad August. Anglor. Episc.

Alexander III. in Appendice...

C. Clerici. De... De clerico...